

Incipit

Sermones vie et veritatis super epistolas et evangelia de tempore per totum annum. erimij et sacre theologie doctoris. ordinis sancti francisci. Luc. clariores ceteris in allegationibus et membris sacre scripture bene emendati Incipiunt feliciter.

Incipit prologus.

Narrauerunt mihi iniqui fabulaciones: sed non ut lex tua dicitur psal. cxviii. Tanta est diuine legis excellentia: ut quicquid extra ipsam est fabula censetur: eo quod in ea sola veritas et utilitas aie edocetur: cum in alijs non sit nisi vanitas et curiositas intellectus humani quod scire non expedit: vel non licet auidoe inquirenti. Eccl. iij. In superuacuis rebz noli seruari multipliciter. et in pluribz operibz dei non eris curiosus. plurima enim super sensum hois ostensa sunt tibi. multos enim supplantauit suspicio eoz. et in vanitate detinuit sensus eoz. Seneca. Inuenissent necessaria si non quesissent superflua: Unde actu. xix. Multi ex hijs qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros et obusserunt coram oibus. Prececellit autem scientia legis diuine multipliciter. Primo in auctoritate: siue in causa efficiete. quia a spiritu sancto inspirata. Unde ij. petri. i. Quod voluntate humana allata est aliqui prophetis: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies. Et licet scientia philosophi

Prologus

ca sit a deo in hijs que subnixae sunt veritati. Juxta illud roma. i. Deus enim illis reuelauit: non tamen dicitur inspirata. quia sicut ait beatus bernardus. Impie mentes contente sapia que inflat que edificat nescierunt. Spiritus enim sanctus non solum illustrat ad agnitionem sed accendit etiam ad amorem. Unde baruch. iij. Quam discipline ignorauerunt: neque commemorati sunt semitas eius. Et nota quod sicut ait beatus augustinus. Nobis habuerunt qui vera dixerunt de deo. unde plato nostris litteris imbutus fuit per iheremiam. pythagoras quod non extitit ante litteras hebreorum. a cuius posteris platonem theologiam asserunt didicisse. Origenes etiam dicit quod philosophi periam didicerunt in iherosalem. Naturalem et Speculatiuam. quam diuisionem habuerunt a salomone: qui eis prior fuit. et tempore sapia. hanc diuisionem tradidit in tribus libris suis.

Secundo prececellit in causa materiali. quia sicut ait magister hugo de sancto victore. Materia sacre scripture sunt opera reformationis humane. in veteri testamento preueniata. in nouo per christi scum exhibita. Unde ephes. i. Libro posuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis et que in terra sunt. Christus enim subiectum est sacre scripture. Unde de moyses ait ioh. v. De me enim ille scripsit.

Tercio prececellit in causa formali que est spiritus siue vita viuificans audientem. Unde ioh. vi. Verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. quia sicut ait augustinus. Illuuiat intellectum ad audiendum et cognoscendum quidem quid est infra

a. i.